et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate
1974 successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Quictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus suspensionibus, fatalibus Juris praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Machowicz Plenipotentes Inscribit

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premyslensibus Rdus Felicianus Machowicz Vice Rotarius Castrensis Premyslensis sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premyslensi Jurisdictioni quo ad actum huius attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus

totalis

totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo pulsum libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse ad Causas Judiciarias generaliter omnes ordinem quovis Judicio et Officio etiam Juris Maldeburgensis cum quibuscunque personis de casu ne quarum rerum munerum et pretensionum Salutas et Salendas Rdus Dominus Rozinski Jacobum Lobelowski Petrum Morlinski Joannem Tomaszowski Paulum Pacławski Joannem Zerkowski Andream Kopacki in suos Veros et legitimos Plenipotentes sufficientesque mandatarios Eligit facit ordinat constituit ac solenniter inscribit pro sensibus Dans et concedens easdem Plenipotentibus suis tam omnibus coniunctim quam cuilibet illorum seorsim plenariam facultatem et omnimodam absolutamque potestatem causas easdem et actiones suas Judiciaria generaliter omnes attentandi promovendi defendendi vivere tuendi Decreta suscipiendi a contrariis provocandi pro nas levandi de Levatis quietandi, aliaque peragendi, Promittens et inscribens se quidquid per eosdem Plenipotentes in causis suis actum gestum et factum fuerit id totum prorato et grato suscepturum non secus ac si ipsemet Recognoscens ea omnia egisset fecisset et constituisset presenti Recognitione ad premissa omnia mediante.

1475

Feria Quinta in Crastino Festi Sancti Laurentij Levitae et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

ii/VIII